

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Certissimum est nihil firmitatis, nihil roboris, nihilque soliditatis obtinere, quicquid humanæ felicitatis mortalibus obvenit. Quamvis enim inter alia & *πλυττία* hominibus *θεόθεν* ut ait Chorus apud Euripidem in *Jone*, accedat, & tale donum sit, quo nihil dulcius, nihil melius, nihil pretiosius; ut & *Jolau* ap. Eurip. in *Heraclidis* hinc exclamet;

Non est ullum liberis pretium pretiosius; attamen & hoc omni ex parte non est beatum, non perfectum, non durable, sed mœroris poculo mixtum, & amaritudinis aqua tinctum. Et licet à *Menandro* *felix* nominetur parens, boni cui contigerunt liberi, dum inquit:

Utique è contra *infelix*, & quasi *mortuus* erit nominandus, qui unicum etiam ex illis amiserit filium, cum *Publii* *judicio* *toties* *homo* *moriatur*, *quoties* *suos* *amittat*. Ita *felix* quidem & ob *πλοῦς* hæcenus fuit domus admodum Reverendi, Amplissimi, & Excellentissimi Viri Dn. POLYCARPI LYSERI, SS. Theol. D. *Professoris Publici, Ecclesie Cathedralis Misnenfis ingenue Decani, Censurarii Electoralis Assessoris, Superattendentis, ac Decemviri hic celebratissimi* Collegæ nostri honorandi; verum & illa felicitas, quæ tamen minimè erat plebeja, sed talis, ut octo filiorum uniusq; fœmellæ SURCULIS LYSERORUM familia ab optimâ ac profundâ radice in altum excreverit, non fuit diuturna, sed aliquantisper celeri fortunæ turbine, ventorumq; dubiorum flatu, opacâ & violentâ quandam sensit tempestatem, dum juvenis mellitissimi Dn. NICOLAI LYSERI Philosophiæ Studiosi obitu vulnus Parentibus carissimis, aviæ item & familiæ honoratissimæ infixit gravissimum, statumq; conjugalem hæcenus floridum nunc reddidit pallidum, acerbißimoque infuscavit luctu. Adeo semper vita nostra aliquid mellis, & aliquid aloes habet, adeo conjugium semper *γλυκύπικρον*, in quo alternis vicibus

----- *Succedunt tristia latis.*

Sciamus autem non solum *ex Stob. serm. 119.*

quæm *Dii* amant illum adhuc juvenem mori, sed & credamus, Christum parvulos ac juniores & per Baptismum in *vita* ad se vocare, & longè securiùs eosdem sibi per *mortem* quoque jungere, ne unquam à se quovis modo divelli iterum possint. Parentes ergo *Φιλόσοφοι* hunc à *Lyseriana* radice abscissum surculum non adeò lugeant, cum certò sciant, Christum eundem cœlesti inseruisse arbori, ut ab æterna illa radice semper viridis, largissimis onerata fructibus Deo carissimis repullulet, crescat & æternùm æterna duret arbor.

Noster autem NICOLAUS LYSERUS, à genitore supra nominato amplissimo, & matre fœminâ probitatis ac honestatis laude undique coruscante SABINÂ, Viri quondam spectatissimi, Dn. NICOLAI *Vollkommers* / civis & mercatoris hic olim præcipui relictâ filiâ jam afflictissimâ in lucem editus fuit; qui Parentes huic quoque filio natu secundo, ut & reliquis capita Religionis sinceræ Catechetica ex B. Luthero, unâ cum materno lacte instillarunt, eumque totum DEO, & studiis liberalium artium consecrarunt, ut tandem, si non aliter DEO placeret, & jam placuisset, in Ecclesia DEO ac hominibus inservire potuisset. Hinc prima rudimenta ab informatoribus privatis surculus hic LYSERIANUS sub inspectione Dn. Parentis fidelissimâ hausit, suamque ingenii bonitatem cum fratre primogenito Polycarpo, in literarum tramite, non simulatâ diligentia ornavit, & ut ambo uberiores in linguis ac literis facere possent messes, à fratrum reliquorum consortio sejuncti, XX. Mens. Januarii die, anni clō Io cXXX. in Collegium concessere Philosophorum, & sub institutione viri humanissimi, Dn. M. *Adami Rostens* Sabbatici in templo D. Nicolai concionatoris nec non Viri Clarissimi Dn. M. *Jacobi-Andree Grauls* Prof. Publ. inspectione ac convictu ad virtutis, morum egregiorum decus, & ad Politiorum literaturam tam in Græcis quàm Latinis alacri cursu sed regia tetenderunt via; & posito in Logicis, Rhetoricis & Poëticis fundamento, accedente Publicarum lectionum frequentatione suo consuluerunt usui, non contemnendos facientes profectus. Cui diligentia conjungere pietatem; Ita enim persuasus cum fratre erat & Noster, hisce ereptus, à parentibus & præceptoribus carissimis, nihil pietate magis necessarium, eamque omni esse radicem ac fundamentum, DEO amicam, parentum mercedem ac filiorum stipendium perpetuum. Idcirco etiam quotidiana pietatis exercitia non perfunctoriè tractavit, quin potiùs in precum assiduitate, verbiq; divini lectione, & Sacratissimæ Cœnæ Dominicæ usu ubique verè se pium gessit, & nunc uberrimum pietatis brabeum reportavit. Cum enim per annum Cephaleâ, rheumate, cutis scabritie, & nuperrimè etiam febriliter laborasset, tandem diuturni capitis dolores proximo die Lunæ, redièrunt, qui febrili æstu cum tremulos artus affigerent, Medici curâ in consilium adhibitâ, aliquo modo die Martis sese iterum occultarunt, & quandam de recuperanda sanitate spera fecerunt. Verùm circa vesperam ejusdem diei majori cum impetu paroxysmus febrilis, omni discussio somno, corpusculum aggressus est; interea æger lecto ita conditus, sacra arripuit remedia, de animæ cura magis sollicitus, precibusque conluetis & Psalmis, inter quos XXIII. XXV. & XXX. ipse incepit, se totum supremo commisit Medico, cujus manus infinitæ est potestatis. Caput Biblicum aliasque precum formulas ab astantibus prælectas calidis suspiriis & complicatis manibus audit, illamque cantunculam *In dich hab ich gehoffet* *SEXXX/te*, non tremulâ sed assiduâ cecinit voce. Cum verò die Mercurii, fluente sudore, Medicus morbi vim per artus depellere anniteretur, ecce Epilepsia circa X. inter Verbi Ministri preces piè denatus extinguitur, qui suam animulam ex ergastulo corporis liberam DEO in manum tradidit placidissimè, anno ætatis XIV. binis adhuc mensibus diebusque tribus restantibus.

Huic ergo Parens plurimum Reverendus & Amplissimus postea horâ I. decentes cum sit instituturus exequias, vestrarum erit, Cives Academici, partium, ut eisdem frequenti comitatu cohonestatum eatis. Debetis hoc Theologo, Præceptorum, animarum vestrarum doctori pio, deque Academia hæc, & universa Ecclesia Lipsensi præclarè merito, & adhuc merenti. Ita aliqua ex parte vestrum declarabitis affectum, Deoque eo ipso gratam, toti verò familiæ mœstissimæ tem præstabitis debitam, vobis etiam honorificam ac fructuosam. PP. die Bartholomæi XXIV. M. Augusti, Anno Christi clō Io cXXXII.


Lipsiæ, Typis Hæredum Abrahami Lambergii.

RECHENKUNDE
SYSTEME

Handwritten title or header text, possibly a date or reference.

Main body of handwritten text, likely a mathematical treatise or calculation. The text is dense and written in a cursive script. It appears to be a page from a manuscript or a printed book with a handwritten overlay.





RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Ertilissimum est nihil firmitatis, nihil roboris, nihilque soliditatis obtinere, quicquid humanæ felicitatis mortalibus obvenit. Quamvis enim inter alia & *παλιμνία* hominibus *θεόθεν* ut ait *Chortus apud Euripidem in Jone*. accedat, & tale donum sit, quo nihil dulcius, nihil melius, nihil pretiosius; ut & *Jolauus ap. Eurip. in Heraculis* hinc exclamet;

Utique è com-
mo moriatar, quoti-
lentissimi Viri Dn.
sisforii Eleboralis
men minimè erat p-
tum ex creverit, not-
sensit tempestatem, dum juvenis mellitissimi Dn. NICOLAI LYSERI Philosophiæ Studiosi obitu vulnus Parentibus carissimis, aviæ
item & familiæ honoratissimæ infixit gravissimum, statumq; conjugalem hæterus floridum nunc reddidit pallidum, acerbi sismo-
que infuscavit luctu. Adeo semper vita nostra aliquid mellis, & aliquid aloes habet, adeo conjugium semper *γαλυκώπιον*, in quo
alternis vicibus

Sciamus autem non solum *ex Stob. serm. 119.*

Ὅτι εἰ θεὸς φιλοῦσιν, δὲ θεὸν ἠμενέει.

----- *Succedunt tristitia lætæ.*

quam **DI** amant illum adhuc juvenem mori, sed & credamus, Christum parvulos ac juniores & per Baptismum in *vita* ad se vocare, & longè securiùs eosdem sibi per *mortem* quoque jungere, ne unquam à se quovis modo divelli iterum possint. Parentes ergò *φιλώσσοι*, hunc à *Lyseriana* radice abscissum surculum non adeò lugeant, cum certò sciant, Christum eundem cœlesti inseruisse arbori. ut ab æterna illa radice semper viridis, largissimis onerata fructibus Deo carissimis repullulet, crescat & æternùm æterna duret arbor.

Noster autem **NICOLAUS LYSERUS**, à genitore suprâ nominato amplissimo, & matre fœminâ probitatis ac honestatis laude unò dique coruscante **SABINÀ**, Viri quondam spectatissimi, **Dn. NICOLAI Vossommers/** civis & mercatoris hic olim præcipui relictâ filiâ jam afflictissimâ in lucem editus fuit; qui Parentes huic quoque filio natu secundo, ut & reliquis capita Religionis sinceræ Catechetica ex **B. Luthero**, unâ cum materno lacte instillârunt, eumque totum **D E O**, & studiis liberalium artium consecrârunt, ut tandem, si non aliter **D E O** placeret, & jam placuisset, in Ecclesia **D E O** ac hominibus inservire potuisset. Hinc prima rudimenta ab informatoribus privati surculus hic **LYSERIANUS** sub inspectione **Dn. Parentis** fidelissimâ hausit, suamque ingenii bonitatem cum fratre primogenito **Polycarpo**, in literarum tramite, non simulatâ diligentâ ornavit, & ut ambo uberiores in linguâ ac literis facere possent messem, à fratrum reliquorum consortio sejuncti, **XX. Mens. Januarii die**, anni **clb I b cXXX. in Col-**



perfectum, non
elix nomine

judicio toties ho-
imi, & Excel-
e Decans, Cen-
licitas, quæ ta-
lâ radice in al-
am quandam